



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 24. Pacta in Congressu Stapulensi firmata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

ſæcul. XV. conflari cœperat, occasione nata ex
 A.C. 1492. quodam nominatiffimo Perkinſo ſeu Var-
 beco, de quo in progreſſu ſermo redibit.

§. XXIV.

Pax in Congreſſu Stapulenſi firmata.

Etaples. Cum utraque pars pacem pari ſtudio
 exoptaret, Henricus Rex Richar-
 dum Foxium Exoniæ Episcopum & no-
 bilem de Aubenayo Caleti Gubernato-
 rem Stapulas ablegat, ut ibidem de pace
Fiennes. agerent cum Cordæo, cui Carolus Fran-
 ciæ Rex Halluinum, Piennetem, &
 Morvillerium ſocios adjunxit. Ut vero
 Henricus culpam penes Maximilianum
 reſidere oſtenderet, eum ultimo monuit,
 ut Bononiensis urbis obſidioni præſens ad-
 eſſet, ſi vero proxima die cum copiis
Bacon ibid. ſuis accurrere negligeret, ſe cum Gallis
Duchefnehift. pacem initurum Henricus Rex eidem
Angl. l. 19. ſignificavit. Maximiliano ad hæc nil re-
 ſpondente, Henricus ejus ſilentium pro
 repulſæ indicio habebat; quare cum
 Cordæo pacis articulos ſanxit, firmavit-
 que, vi quorum a Gallis pactas accepit
 pecunias, quarum ſumma, ſi Mezeraiſ
Mezer. ah- ginta aureorum millia: Pater Daniel ve-
rog. Chron. ro numerum auget ad ſeptingenta qua-
hiſt. Carol. draginta quinque millia, quolibet aureo
¶ III. ad

ad valorem triginta quinque Turonen-^{Sæcul. XV.}
 sum solidorum computato. Ast hunc ^{A.C. 1492.}
 Scriptorem totam summam, quæ tamen ^{Daniel. hist.}
 haud numerata est, recensuisse, easque ^{Gall. in 4.}
 pecunias addidisse conijcimus, quas Ca-^{tom. 4. p. 69.}
 rolus pro Britannicæ Duce solvere pro-
 miserat, sed earum solutionem distu-
 lerat, cum firmum Neapolis Regno
 arma inferendi propositum concepisset.
 Hæc pacis fœdera Stapulis cum Anglo
 inita fuere die tertia Novembris, duode-
 cima vero ab Henrico, ac demum evo-
 luto mense a Galliarum Rege rata ha-
 bita sunt.

§. XXV.

Atrebatum a Maximiliano captum.

Firmato utrinque fœdere Henricus Ca-
 leti conscensis navibus lætus in re-
 gnum suum reversus est; Cordæus vero,
 Anglorum classe in altum provecta, mox
 Atrebatum contendit, urbis præsidia re-
 centibus copiis aucturus. Ast iter agen-
 ti nunciatum est, biduo post firmatam
 pacem hanc urbem a Maximiliano oc-
 cupatam esse, cujusdam fabri ferrarii
 perfidia, qui unius portæ claves sibi ca-
 su ostensas ceræ impressit, confecitque
 eis simillimas. Regis Romanorum co-
 piæ rem edoctæ, tacito gressu propius
 accedunt, urbemque ingrediuntur, dum
 interea